



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

5 Alienans aliquid de jure Ecclesiae est honore privandus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

condit. & demonstra. & in l. lecta. nu. 7. ff. si ser. pet. Dec. cons. 89. nu. 3. & cons. 523. n. 4. & Paris. cons. 26. num. 9. volum. 2. & sic tempus elapsum primæ concessionis. glo. in clem. 1. in verb. extunc. de jur. patr. & Abb. in cap. pastoralis. num. 3. de except.

4 Secundo quod ad bona ¶ exigui valoris videtur, quod nec illa bona immobilia ecclesie donari, commutari, vel vendi possint. ut est text. in dicto capit. sine exceptione fere per totum. 12. questione secunda. capit. casellas 10 questione secunda, super quo formatur regula, præsertim instantibus verbis generalibus, quibus Leo Papa ibi usus fuit, videlicet sine exceptione decernimus, ne quis Episcopus de rebus ecclesie suæ quidquam donare, &c. quod nulla bona ecclesie, etiam pauci valoris, alienari possint, cum verbum, quidquam, ibi positum sit generale. quod nihil excipit gl. in extrav. com. cap. unic. ne sed. vac. aliq. innov. in verb. & si quidquam. & Joann. venit enim Princeps mundi hujus, & in me non habet quidquam cap. 14. in fin. confirmatur dicta regula, quia quicumque ¶ Episcoporum, presbyterorum, aut diaconorum oblitus Dei, & decreti prohibitivi immemor, in constitutum committentes prædium ecclesie magnum, vel exiguum, vel quidquam de jure ecclesie alienare tentaverit, & donator, & alienator, & venditor honoris sui amissione est mulctandus cap. quicumque. il. 1. 16. quest. 4. Rebuff. in comp. alien. rer. Eccles. numer. 58. & 59. Redo. de reb. eccles. non alienan. quest. 13. numer. 1. & 2.

6 Fallit tamen dicta regula, primo in bonis ¶ immobilibus parvi momenti, ut sunt terrulæ, & vineolæ. cap. terrulas. 12. qu. 2. & ibi Præpos. & Arch. & hic est unus ex

casibus à jure permittis à Paulo II. in d. extravag. Ambitiosæ, exceptus. & propterea si Episcopus alienat rem minimam, pœnam non incurrit, quia ista modica sunt exempta ab omni solemnitate, & juris dispositione, ut in d. cap. terrulas. Abb. in cap. ut super per illum textum. numero 14. de reb. Eccl. non alienan & Red. d. quest. 13. nu. 11. & 17. eod. tit. & rem minimam judicandam puto juxta ¶ mentem provincialium, & synodalium decretorum cujusque patriæ, cum in his attendatur loci consuetudo. cap. ceterum. & ibi Abb. nu. 4. de donat. & Red. in d. qu. 13. nu. 15.

8 Secundo terra ecclesie ¶ sterilis potest in emphyteusum concedi ei, cujus studio reducatur ad culturam cap. ea enim. §. perpetua quoque 10. quest. 2. cap. ad aures & ibi Abb. num. 1. de reb. eccles. non alien. & postmodum ad culturam redactæ hæredi eorum, à quibus suo, vel parentum suorum labore constitit esse ad culturam redactas, in casum devolutionis poterunt jure ad censum concedi, habita ratione utilitatis, quæ tempore renovationis investituræ faciendæ percipi possit, ut in d. c. ad aures. & ibi gloss. in verb. tunc. & Abb. nu. 4. cum aliis supra, & in dicta decis. 360. num. 7. allegatis.

9 Tertio pietatis ¶ intuitu. gloss. in cap. 1. 12. quest. 2. quia aurum habet Ecclesia, non ut seruet, sed ut erogat, & subveniat in necessitatibus: aurum Sacramenta non quærunt, neque auro placent, auro non emuntur, ornatus sacrorum est redemptio captivorum, & vera illa sunt vasa prætiola, quæ redimunt animas à morte: ille verus thesaurus est Domini, qui operatur, quod sanguis ejus est operatus, & nemo potest dicere, cur pauper